

Sollemni hac oblata programmatis quod dicunt occasione cum in officii parte duxissemus tabulis rationibusque commentariolum aliquem praemittere, eruenda nobis visa sunt tandem aliquando, quae iam bis „annos novenos“ in scriniorum latebris abdita iacebant. Emendationes aliquot sunt vel potius conjecturae, non ita multae numero, sed ad versus pertinentes famosissimos notatosque aliorum plurimorum periculis. Quare in re per se plena aleae verendum mihi erit, ne imprudentius fecisse videar, aut ne forte invidiosum sit tironem doctrina de se promittere videri, quae se ipsos praestare posse viri rude donati desperaverint. Sed non semper in factitanda critica ad unam scientiam res reddit; est ubi etiam fors fortuna valeat, etsi certe abest meritum. Hoc animo, qualiacunque sunt, et protulimus nunc nostra et accipientur precamur ab iis quibus legere operaे erit.

---

I.

EURIP. PHOEN. 793—796 (ed. Kirchh.).

Chorus Martis studia cum Bacchi conferens sic conqueritur:

- 793 οὐδ' ἐπέ Στροματεῖ τερψιδῶν μέτα διτεύεις  
ἀρμασὶ καὶ φαλίων<sup>1)</sup> τετραβάμοσι μώνυχα πῶλον<sup>2)</sup>  
795 Ἰσηγροῦ τ' ἐπὶ χενύμασι βαίνον  
ιππείασι θοάζεις, Ἀργείοις ἐπιπνεύσας  
Σπαρτῶν γένναν e. q. s.

Gravissimis difficultibus hos versus premi nemo non videt; imprimis patet corruptum esse versum 794 ἀρμασὶ καὶ φαλίων τετραβάμοσι e. q. s., in quo φαλίων genetivus et τετραβάμοσι dativus omnes interpretandi artes eludunt. Frustra libros inspiciemus e varietate lectionum quae fere nulla est opem querentes, frustra etiam scholiastarum rudem indigestamque doctrinam. Nam quod ab uno alterove eorum φαλίους commendatur pro φαλίων (cf. etiam ann. 1), non assis certe faciendum remedium est, quod neque quidquam proficiat

<sup>1)</sup> Sic libri ceteri omnes; φαλίων (supraser. λίοις a. m. sec.) B, φαλί(οις in rasura) F.

<sup>2)</sup> libri aut sic, aut μώνυχα πῶλων AF aut μωνύχων πῶλων BEF m. 2.

et care tamen ematur laesa probabilitatis lege certa ac stabili, qua dativus excluditur. Ego enim sic existimo: si, ut plerisque videtur, dativus in archetypo fuisset, nequaquam aut errore aut consilio cum genitivo commutatus esset. Duobus ille aliis dativis (*ἀρμαστητραβάμοσι*) interpositus et copula iunctus cum *ἀρμαστη*, ut ne dedita quidem opera non animadverti potuisse, etiam a dormitantis librarii incuria securus fuisset. De industria vero si quem mutavissem illum putes, quid tandem correctorem spectare potuisse existimabimus, cum pro eo quod ante pedes, quod planum esset, consulto poneret quod ipse non intellegerer. Inversam potius rationem probabilem esse patet. Non qui *φαλίων* scriperunt librarii, sed qui *φαλίους*, aut errore lapsi aut ducti consilio, fraudis levitatisve manifesti sunt. — Ceterum *φαλίους* ne bona quidem coniectura est. Nam nullo modo laudari aut tolerari potest nimia illa in translatione audacia, qua freni quadrupedes dicuntur, quia nimirum gestantur ab equo quadrupede. Scio esse quibus probetur h. l. scholiastae figura *άρτιπτωσις*, quam versu defendunt Iph. Aul. 245, ubi simili de causa currum vocari aiunt solidipedem, *εἰ μωρύχοις πτερωτοῖσιν ἀρμαστη*. At hic quoque versus corruptus est. Corrigitur a Madvigio et Heimsoethio (ind. schol. Bonn 1872 p. IX), deletur ut subditicius una cum proximis a G. Hermanno et Dindorfio. Periculoso autem est dubia dubiis defendere, praesertim si verum est, ut *μωρύχης* non ex *μωρώνες* ortum sit, sed duendum esse videatur a *μάω* verbi radice *μα* et *ίννες*, ut idem sit quod unguis festinans<sup>1)</sup>. Quod si est, optime sic vocari patet equum, posse vocari sic — si placet poetae — etiam currum; non posse patet hinc argumentum peti, quo „freni quadrupedes“ defendantur.

Sed accedunt alia. Si admittamus *φαλίους τετραβάμοσι*, aut interpungi potest post *δινείεις*, aut oratio continuari. Si, ut vulgo fit, interpungitur, molesta est *ἄλλα* particulae omissione — nam dicendum erat: *ἄλλ' ἀρμαστη* e. q. s. — molestissima vero, immo intolerabilis verbi *δινείεις*; semel positi duplex significatio, intransitiva simul (*δινείεις οὐπός θυρσομανεῖ*) et transitiva, cum ad *πῶλον* idem illud verbum mente adiciendum sit. Neque enim *πῶλον* utriusque membra obiectum commune esse potest, ne sententia penitus corrumpatur. Nam absurde, si ita statueres, reprehenderetur a poeta deus, non, ut oportebat, quod omnino versaret equos, sed quod non versaret duce Baccho aut indutus pellibus, sed curru potius adhibito atque frenis. Itaque ut, si interpungatur, stare possit sententia, suum saltem utrique enuntiato obiectum opus est. Hoc fuisse putaverim, cur Musgravius olim *οὐ πέδα θυρσομανῆ* scriberet pro *οὐδὲ οὐπός θυρσομανεῖ*, eodemque nunc redire video etiam Th. Kockii coniecturam, qui, etsi longe alia ratione ductus,<sup>2)</sup> in Fleck. ann. suppl. VI p. 202 *οὐ δόρυ θυρσομανές* proposuit. Ut ingeniosum et hoc et illud sit, probabilia vel propterea credo non sunt, quia iis de negatione *οὐδέ* particula *δέ* tollitur in continuanda negatione minime supervacanea.

Alterum erat continuare orationem nec interpungere post *δινείεις*. Quod si fit, *δινείεις* verbum cum proximis iungendum est, negationis vero vis ad unum *οὐπός θυρσομανεῖ* intendenda, perinde ac si ita dixisset poeta: *καὶ, οὐκ οὐπός θυρσομανεῖ μετὰ τεθρίδων, ἀρμαστη . . . πῶλον δινείεις*. Haec interpretatio num nova sit necne nescio, poetarum certe usui non repugnat nec contemnenda fortasse esset ei qui *φαλίους* dativum admitteret, nisi duae rursus res obstarent, et ipsum *δινείεις* loco importunissimo collocatum, ubi quorsum pertineat vix

<sup>1)</sup> Grashof: De vehicularum generibus Homericis 1846 p. 6. — Ameis ad Hom. Od. 9,64. — Klotzius in ed. Phoen. „unungulus“ interpretatur.

<sup>2)</sup> Cf. ann. 2 pg. V.

distinguatur, et violata orationis aequabilitas. Nam si compararis inter se hos duos versus et proximos:

οὐκ ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνουσι — — λατοῦ κατὰ πνεύματα μέλτη — —  
σ' ἄλλα σὺν ὀπλοφόροις — — κῶμον ἀνανθότατον προχορέεις.  
οὐδὲ ἐπὸ Διοσομανεῖ τεβρίδων μέτα δινεύεις,  
ἀρμασι καὶ φαλίοις τετραβάμουσι μώνυχα πῶλον

idem hic atque illuc exordium esse cognosces et eundem protenus sententiarum colorem; quem nisi eadem etiam antithesis bimembris sequetur, qua iterum clare distineteque suo utrumque verbo dicatur et quid fugiat deus et quid sectetur, decipietur legentis audientisve exspectatio minueturque simul cum orationis venustate etiam ipsa verborum intellegentia. Pessimum autem in poetis vitium habetur ambiguitas.

Quae cum ita sint, habeant sibi φαλίοις qui commenti sunt; nos, si sapimus, non tangemus genetivum φαλίων omnium librorum fide firmatum. Hoc nitendum erit, hinc in quovis emendandi conatu proficiscendum. Qua in re quid quaeso magis obvium, quam rationem quandam intercedere videri inter φαλίων et πῶλων, inter τετραβάμουσι<sup>1)</sup> et ιππείαισι versus 796, inter haec denique et θοάζεις, quod in eodem v. 796 legitur? Quae omnia nunc interrupta corruptaque iacent, olim communi credo vinculo inter se iuncta tenebantur, membra ac partes unius enuntiati, quod inde ab ἀρμασι usque ad θοάζεις pertinebat. Cuius conjunctionis vestigium scholiasta ille servavit, qui tradita verba sic explicat: ἐπὶ τοῖς ρένμασι τοῦ Ἰσμηνοῦ — πορευόμενος σὲν ἀρμασι καὶ χαλινοῖς τετραπόδων μωνύχων ἵππων ιππεύσεσιν ὄρμας. Licit in his vera falsaque mista sint, hoc tamen hinc appareat non accusativum μώνυχα πῶλον sed genetivum μωνύχων πῶλων, metro quamvis recusetur, huic interpretationi subesse, tum vero renui ea prorsus et denegari particulam τέ post Ἰσμηνοῦ; quae si intercessisset, cum ille interpretaretur, nullo modo iungere inter se potuisset μωνύχων πῶλων — ιππείαισι θοάζεις (= μωνύχων ἵππων ιππεύσεσιν ὄρμας). — Ne multa, scripsit poeta, nisi fallor:

οὐδὲ ἐπὸ Διοσομανεῖ<sup>2)</sup> τεβρίδων μέτα δινεύεις  
ἀρμασι καὶ φαλίοις τετραβάμουσι μωνυχοπῶλων,  
Ισμηνοῦ γ' ἐπὶ χενύμασι βάινων,  
ιππείαισι θοάζεις

i. e. neque tu pellibus induitus duce Dionysio baccharis; curribus et infrenium equorum cursu quadrupede in Ismeni adeo ripis inveheris.

Nihil fere mutavimus; καὶ φαλίοις i. e. καὶ αὐτοῖς scrispsimus pro καὶ φαλίοις, μωνυχοπῶλων pro μωνύχων (α) πῶλων, γ' denique de quo mox plura, pro τ'. — Nova autem quae finximus vocabula similitudinis lege defenduntur. Nam ut ἀστάλιος dicitur a φαλίοις, sic ἀστόμιος sive αστομος a στόμα i. e. φαλίοις et αχαλίοις a χαλινός ducta sunt; significant autem idem omnia „infrenis“ sive „ferox“, velut in Soph. El. v. 724, ubi ἀστομοι πῶλοι „βίαιοι“ sunt et „ἀπειθεῖς“, quae quidem significatio quam apta sit etiam in hoc Phoenissarum versu nemo est quin

<sup>1)</sup> Ne quis τετραβάμουσι ad ἀρμασι spectare patet, διβάμοντα, sunt ὄρματα, non τετραβάμοντα.

<sup>2)</sup> I. e. ἐπὸ τῷ Διονύσῳ τῷ μετὰ Διόσον μαινομένῳ, neque video quid obstet huic scholiistarum interpretationi, quam defendit Geelius coll. aliorum adiectivorum usu consimili. Sic χρησολύρης substantivo non addito de Apolline ait dictum esse Arist. Thesm. 315, et πτεροῦ στα de Sphinge Phoen. 1021 εβας, ὃ πτεροῦ στα, γᾶς λόγενμα τερτέρου τ' Ἐχιδνας. Obloquitur his Th. Kock l. c. Cf. pg. IV. — Ut cunque res se habet, nihil utique ad conjecturam nostram.

videat. — Μωρυχόπωλος vero „Eilhuf-Ross“ conferri potest cum μωρύχιππος, quod agnoscit Hesychius s. v. τανέποδε (τανέποδε· μωρύχιπποι), nisi quod substantivum illud est et idem quod μῶντες πῶλος. Quod compositionis genus — determinativum appellat Curtius gr. gr. § 359 et Erläut. p. 149 — ut est rarius illud aliis, ita minime tamen ambiguum est. Eiusdem generis sunt ἀκρόπολις = ἀκρα πόλις, ὠμογέρων, μονογέρων, μονόπαις, φευδοκῆρυξ, alia.

De hyperbato ἀφαίλιον τετραβάσμοι μωρυχοπώλων — ἵππειαιον vix est quod dicam. Saepenumero sic bina binorum membrorum verba ita internectuntur, ut formulae a b a b ratione inter sese excipient.

Minus fortasse probabitur huic illive γέ particula post Ισμηνοῖ. Qua quoniam abuti solebant antea qui rem criticam factitabant, nunc haud sum nescius eam suspicionem aliquam habere, si qua conjectura inseratur. Facile certe fuerat eam vitare, si ποτὶ χεύμασι poeta scripsisset vel παρὰ χεύμασι. Sed ea h. l. particulae vis atque significatio est, ut, quemadmodum ait G. Hermannus ad Vig. p. 822 „id quod maximum est“ significanter distinguat. Idem fere valet atque nostrum „gerade“ vel „gar“, latinum „vel“, „adeo“. Equos igitur, inquit chorus, agitat Mars bellumque parat, non procul a nobis sed ad Ismeni adeo ripas. Ad regionem ille, ad ipsum locum quasi digitum intendit, quia in illo non parvum momentum vertitur. Neque enim tantum chorus conquereretur Martis diversa a Baccho studia, nisi eo adeo loco se iactaret deus, ubi Bacchus potius regnare debebat. Non desunt huius usus exempla. Ex iis, quae et G. Hermannus suppeditat l. l. et R. Porsonus in praef. Hec. p. XXXVII, attulisse satis erit Eur. Suppl. 160 Τὸ δὲ πλέον, ἡλθον Ἀυρηλίων γέ προς βίαν. Hec. 831 φίλοις τιθέντες τοὺς γέ πολεμωτάτους. Arist. Nub. 399 sqq. Similes sunt Phil. (ed. Schneidew.) v. 438 κατ' αὐτὸν τοῦτο γέ et 648 et 1037, et El. 612, et Phoen. 602 καὶ σε δευτερόν γέ ἀπαιτῶ, et Rhes. 525 ἀλλαγέται καὶ τις προδρόμων δὲ γέ ἐστιν ἀστήρ.

Substituendo γέ etiam orationis formae grate subvenitur. Habemus enim iam illam quam supra desiderabamus aequabilitatem binis binarum periodorum membris expressam, negativis utrobique et affirmativis, quibus totidem verba finita subiuncta sunt, μέλπη — προχορεύεις — δινεύεις — θοαζεις. Particula ἀλλά, cum nunc suum utrique membro verbum sit, facile supersedeas; quam ne quis metri causa inserendam putet post δινεύεις, versus hexameter syncopatus est, quem etiam Christ agnoscit Mtr. p. 47, tantumque abest, ut ἀλλά particula addenda emendari metrum putem, ut corrumpi ea videatur et singulari suo numero privari. Aut enim fallor, aut ictuum concursus (δινεύεις = χαλαισιν) vocisque ut ita dicam ἀνάλασις iuncta fortasse olim cum chori motu retrogrado Sphingis et Baccharum, de quibus his versibus agitur, motum atque impetum imitantur, ut cum ageretur fabula spectatores cernere viderentur, hic ut Baccha in saltando subito deflecteret, illic Sphinx arrepta praeda retro rursus ferretur.

Antequam finem faciamus huic disputationi, scholiastas iterum strictim attingamus, quos sicut libros m. scriptos in φαλίων genetivo fere consentire diximus. Insigne est inter eos scholia Marciani codicis testimonium. Φαλίων enim ἵππων significare ait παρὰ τὸ φάσσαι<sup>1)</sup> αἰτοὺς λιανήτοι τιθασείσθαι· τῇ γάρ ἐπαφῇ τῶν χειρῶν οἱ ἵπποι συχνῶς καταφύμενοι τιθασοὶ λιαν γίνονται, ὥστε ἐν τῷ ποτίσθαι φαλίον τὸν ἵππον. Διαφέροντι δὲ αἱ λέξεις η φαλίος καὶ τὸ φέλλιον· σημαίνει γάρ η μὲν τὸ τιθασεόμενος ἵππος, η δέ τὸν ἐπιτιθέμενον ἵπποις εἰς κόσμον καὶ δινάμενον τῇ κινήσει φέλλιομόν — ἀποτελεῖν. — Hoc scholion novissimum scholiorum editor

<sup>1)</sup> libri φανέσθαι; corr. Müntzel.

Ed. Schwarz scholiastae recentioris aetatis tribuit, monstruositate fortasse inductus abstrusae doctrinae quam ille prae se fert, vix dignae antiquioris aetatis interpretibus. Quamquam haud scio an confector huius scholii melioris tamen aetatis vestigiis institerit. Vix enim adduci possum, ut forte temere eum intulisse putem in interpretationem suam vocem *τιθασός*, immo eum scholium ante oculos habuisse arbitror, in quo ἀψαλίων (*καψαλίων*), ut oportebat, explicaretur verbis μὴ *τιθασῶν* vel ἀτιθασῶν. Ubi evanuit de ἀψαλίων a privativum quod vocant, evanuit etiam de interpretatione negatio, ut cum ἀψάλιος esset ἵππος μὴ *τιθασενόμενος*, φάλιος iam fieret *τιθασενόμενος* vel *τιθασός*. Hinc opinor mirum illud exstitit scholiastae commentum, eo tamen qualecunque est notabile, quod quo perversius est, eo luculentius videtur esse veri genetivi casus testimonium.

## II.

Pergimus ad eiusdem carminis vv. 817—820 et a metro et a sententia corruptissimos.

815 δυσδαιμον δέρις ἄλλα θάλλει παιδῶν Οἰδιπόδα κατὰ δώματα καὶ πόλιν. Οὐ γάρ δὲ μὴ καλὸν οὔποτ' ἐφύ καλόν, οὐδ' οἱ μὴ νόμιμοι παιδες, ματρὶ λόχενμα, μίασμα πατρός.	=	'Αργείοις ἐπιπνεύσας Σπαρτῶν γένναν, ἀσπιδοφέρμονα θιάσον εὗσπλον, ἀντίπαλον κατὰ λάινα τείχεα, χαλκῷ κοσμήσας.'
820 η δὲ σεναιμονος εἰς λέχος ηλθεν.		'Η δεινά τις Ἔρις θεός, ἢ ταῦθε μησατο πήματα γῆς βασιλεὺσιν, Λαβδακίδαις πολυμόχθοις.'

Verba οὐ γάρ δὲ μὴ καλὸν οὔποτ' ἐφύ καλόν recte sic scholiastae interpretantur: οὔποτε τοῦτο καλὸν δύεται αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ἀπὸ βίζης μὴ ἐφύ καλόν, i. e. quod a principio honestum non fuerit, nunquam fiet. Praedicatum οὐ καλὸν ἐφύ etiam ad proxima pertinet; nam κατὰ κοινοῦ, ut ait scholiasta, τὸ οὐ καλόν, interpretandumque est: οὐδὲ καλὸν παιδες ἐφυσαν οἱ μὴ νόμιμοι. Trita res praedicatum generis neutrius, nec ego quicquam contra<sup>1)</sup>. Illud minus perspicuum, cur tamquam ex opposito filii ματρὶ λόχενμα appellantur et μίασμα πατρός aut cur omnino eos e matre natos esse affirmetur, cum simus omnes. Patet adiectivum addendum fuisse aut genetivum, quo Iocastae partus a quovis alio distingueretur. Optime quidem Musgravius νόμιμον pro νόμιμοι acquiescendumque fortasse foret in hac coniectura, si ea etiam cetera expedirentur; at manet μίασμα πατρός, manent vitia metrorum, quae sive quod manca sunt, sive conturbata, nullo modo antistrophae respondent. Distorta etiam atque perversa ultimi versus sententia est: η δὲ σεναιμονος εἰς λέχος ηλθεν, hoc ipso nomine condemnanda, quod quae continet de Oedipode potius ut viro non de Iocasta dicenda fuerunt, cf. v. 1611 et Theogn. 912.

Quae cum ita sint, non certe est cur miremur, quod etiam viri doctrinæ ingeniique

<sup>1)</sup> Simillimus Med. v. 1083 ἀνιαρόν παιδες τελέσοντι.

facile principes, G. Hermann, Hartung, Kirchhoff, Heimsoeth, Nauck, in restituendis versibus aliquanto plus sibi sumperunt licentiae, quam — pace virorum doctissimorum dixerim — probabilitatem sectanti iudici permissum videtur esse. Quorum conjecturas etsi non probamus, cum tamen operae pretium sit videre, quid illi de re difficillima indicaverint, hoc loco singula apponemus. Et Hermannus quidem haec:

οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμον ποτε μάτερι | παιδὲ λόχεντα, μίσματα πατρὸς, | η τε σύναιμον λέχος  
ηλθεν.

Kirchhoffius: οὐδὲ ὁ μὴ νόμιμον . . . . | ματρὶ λόχεντα, μίσμα, πατρὸς δὲ συν- | αἴμονος  
εἰς λέχος ηλθον.

Nauckius: οὐδὲ εὐώδινον | παιδὲς ματρὶ λόχεντα, μίσμα δὲ | πατρὸς δμαίμονος εἰς λέχος  
ηλθεν.

Klotzius: οὐδὲ εὐώδινον | παιδὸς ματρὶ λόχεντα, μίσμα δὲ | πατρὸς δμαίμονος εἰς λέχος  
ηλθεν.

Hartungus: οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμον μὲν παιδες | ματρὶ λόχεντα, μίσμα δὲ πατρὸς. | η δὲ  
σύναιμον λέχος ηλθεν.

Heimsoethius: οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμοι ποτε μάτερι | κοινολόγεντα μίσματα πατρὸς | σύναιμον  
εἰς λέχος ηλθον.

Vi ac violentia vides viros illos grassatos esse in verba antistropheae, cum tamen simul — apertum irriti laboris documentum — etiam stropham sollicitare cogerentur, in qua tamen, si verum quaeras, nihil inest quod iure vituperes. At quoniam errore errores generantur, corrigenda iis videbantur, quae cur viderentur ipsi in causa fuerant. Itaque aut χαλκῷ κοσμήσας aut πήματα γᾶς βασιλεῦσιν, ut quibus nihil responderet, expunxerunt, aut γῆ βασιλεῦσι τε scripserunt et Λαβδακίδαισιν πολυμόχθοις, aut etiam lacunosa esse verba voluerunt.

Graviter certe laborant versus, nec tamen ut visum est Kirchhoffio „vulnere immediabili“. Ordiamur, sic enim praestat, a versu ultimo — η δὲ σύναιμονος εἰς λέχος ηλθεν —, de quo haec scholiasta: κατὰ κοινὸν τὸ οὐ καλὸν, τοπέστιν, οἱ καλὸν οἱ μὴ νόμιμοι παιδες, οἷον Οἰδίπονς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον συγγενόμενος τῇ μητρὶ καὶ ἀνελὼν τὸν πατέρα. οἱ καλὸν οὖν, φτοι, γέννημα, ἀλλὰ κατάρατον, παῖς τῆς τοῦ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐπιβαίνων εὐνῆς σύναιμον γὰρ εἶπε τὸν πατέρα τοῦ παιδὸς, ἐπειδὴ εἰς ἑνὸς αἵματος οἱ παῖς τῷ πατρὶ.

Tria sunt, quae hinc consequi videntur, primum, non legisse scholiastam η δέ, — nam si legisset, non in Oedipum rettulisset verba, — deinde non affirmative illum continuasse orationem, sicuti fit in libris particula δέ, sed negative, — nam aperte ille vim negationis οὐ γὰρ δὲ μὴ καλὸν e. q. s. etiam in ultimum versum intendit, — denique habuisse aliquid scholiastam in libro suo, quod in nostris non exstet. Nam cum interpretatur οἷον Οἰδίπονς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον συγγενόμενος τῇ μητρὶ καὶ ἀνελὼν τὸν πατέρα, priore parte interpretationis respicere eum apertum est verba σύναιμονος εἰς λέχος ηλθεν, altera quo spectet, nequaquam liquet.

Iam si revera, ut testatur metrum, deesse aliqua recorderis, si decurtata vel hinc consideres videri verba, quod tetrameter η δὲ σύναιμονος εἰς λέχος ηλθεν suapte natura aptus non est, qui clausulae munere fungatur<sup>1)</sup> si, inquam, his omnibus vestigiis, quamvis sint tenuia, insistamus, haud scio an cum probabilitate aliqua haec liceat poetae ut sua reddere:

<sup>1)</sup> Inuria eum credo Nauckius admisit.

οὐδὲ σύναιμον ὁς<sup>1)</sup> εἰς λέχος ἡλθεν,  
πατροφόρος πολυπενθής.

i. e. οὐ γὰρ ὁ μὴ καλὸν οὔποτ' ἔφε καλόν, οὐδὲ οἱ παῖδες οἵον Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυεύκης, οὐδὲ ὁ πατὴρ αὐτῶν Οιδίποτος „συγγενόμενος τῇ μητρὶ καὶ ἀνελὼν τὸν πατέρα“ (schol.).

Dissecuimus igitur σύναιμον in σύναιμον ὁς et η δέ in οὐδέ mutavimus. Addidimus πατροφόρος πολυπενθής, pro quibus etiam Λαίδας πατροφόρτας conicias, vel si quid aliud malis de multis quae obvia sunt. Nos solam rem et sententiam definivimus, non verba. Ne illud quidem dicere ausim, quo casu haec verba interciderint. Satis est facillime ea perire potuisse, cum et extrema essent totius stropheae neque adeo ad complendam sententiam necessaria, ut non pro additamento aliquo, quod rursus resecandum esset, a curiosiore librario haberi possent. — Ἡλθεν singularem servavimus ipsa flagitante conjectura; quae tamen vel hac una re cadet, si verum vidi Kirchhoffius, cum e scholiastis ἡλθον pluralem ut veram lectionem efficere posse videretur. Scholiasta enim ille, quem supra attuli, ubi explicuit versus sicuti dictum est, ita pergit: δύναται δέ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐτεοκλέους ἡρῷοσθαι ὁ λόγος καὶ ἴρος μεν οὔτως οὐ καλὸν γένημα οἱ μὴ γόνιμοι παῖδες τῇ μητρὶ, οἵον Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυεύκης, ἐκ λέχοντος τοῦ αὐτοῦ πατρός καὶ ἀδελφοῦ ἐλθόντες εἰς φῶς, οὐ' η̄ τὸ σύναιμον (σύναιμονος) αὐτὶ ἀδελφοῦ, τὸ δέ εἰς λέχος αὐτὶ ἐκ λέχοντος, λόγημα δέ τὸ γένημα. — „Unde patet“ inquit Kirchhoffius, „et ἡλθον fuisse in archetypo nec lectum ibi η̄, quod libri inserunt post πατρός“. Haec ego concedo de η articulo, qui et scholio et sententia, ut vidimus, excluditur, non concedo de ἡλθον. Nam ἡλθον et ἡλθεν pari iure sunt; utrumque in scholio agnoscitur, ut, nisi alia accedant, haec res sola in neutram partem momentum habeat. Iam vero adest, quod rem vel in singularis partem inclinet, ut ex ipso scholio vel contrarium atque voluit Kirchhoffius argumentando effici possit. Scholiastam quidem concesserim in eo libro, quo tum forte utebatur, scriptum habuisse ἡλθον. Nam si non legisset, si habuisset potius ἡλθεν et quae una cum hoc explicuit, non profecto ille, si erat mentis suae, interpretationi planissimae adiunxisset alteram vere monstruosam et qua loquendi consuetudo (εἰς λέχος = ἐκ λέχοντος) invertatur. Habuit ille igitur, ἡλθον et explicuit, ut potuit. At vero, quod et sibi et interpretationi suae non sine causa diffidebat, loco hanc posuit secundo, alteram, quam e libro suo eruere non potuit, primario putandumque est, cum hoc faceret, persuasum ei fuisse meliorem se sequi atque antiquiorem memoriam. Obtemperavit sine dubio prisci alicuius interpretis auctoritati, qui ipse olim libro incorrupto usus erat; cuius tum verba recipiens cum apposita vidisset verbis poetae, etsi non iam quadrabant cum iis, et vestigium inscius reliquit negationis οὐδέ et ἡλθεν simul ut lectionem pristinam atque veram testatus est. — Totius autem huius perturbationis origo, ut fieri solet, quam simplicissima fuit. Ingruit illa, ubi σύναιμον ος in unum coaluerunt, quo facto — et fieri paene necesse fuit — ne negationi quidem οὐδέ loci quidquam fuit. Nam οὐδέ σύναιμονος εἰς λέχος ἡλθεν nihil erat neque fugere quemquam poterat contrarium prorsus dicendum esse, sive ad Oedipum verba referrentur sive ad Iocastam. Tum vero οἱ δέ scribi coeptum est, quod traxit ἡλθον, tum η δέ, quod exstat in libris, tum fortasse etiam τοῦ δέ et ο δέ, aliis duobus scholiis, nisi fallor, significata: πατρός δέ τοῦ καὶ σύναιμονος εἰς λέχος ἡλθον et πατρός γὰρ σύναιμονος εἰς λέχος ἡλθεν, ο̄ ἐστι τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν τοῦ Οιδίποδος. In illis enim τοῦ δέ respici videtur, in his ο δέ, qua pertinet ἡλθεν, neque ut videbatur Kirchhoffio, mutandum hoc in ἡλθον est, licet se-

<sup>1)</sup> Libri partim σύναιμονος, partim solum σύναιμον m. sive 1, sive 2.

quatur *αέτῶν*. Immo hinc potius numerorum differentia repetenda est, quod librarius duas quae ferebantur interpretationes in unum confudit. — In nostris libris m. scriptis unum, ut supra dictum est, *ηλθεν* exstat. Inveniretur fortasse etiam pluralis, nisi *η δέ*, quod paullatim et *οὐδέ* et *οἱ δέ* et quae alia temptabantur pepulit, omni dubitationi fecisset finem.

Iam si ad proximos versus regredimur,

*οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμοι*

*παιδες, ματρὶ λόχεντα, μίασμα πατρός*

eos et a sententia et a metro laborare diximus. Nam neque *λόχεντα ματρός* et *μίασμα πατρός* recte inter se opponi vidimus et alter versus una syllaba plus habet quam antistrophicus *η δεινά τις Ἐρις θεός, ἀ τάδε.* — Emendandum credo sic est:

*οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμοι*

*παιδες, ματρὶ λόχεντα μίασματος,*

i. e. *οὐδὲ καλὸν ἔφεσαν*<sup>1)</sup> οἱ μὴ νόμιμοι παιδες, οἱ τῇ μητρὶ εἰσι λόχεντα μαρόν. Corruptelae culpa ad dittographiam redit, qua μίασματος primum in μίασμα ματρός abiit, quod testimonii loco adhuc servat optimus liber F, deinde, ut post ματρὶ consentaneum erat, in μ. πατρός. — *Ματρὶ λόχεντα μίασματος* vocantur hic filii, sicut in v. 88 Antigona ex contrario *κλεινόν θάλος πατρί*. Nam genetivus pro adiectivo est, ut in *στολίδα χλιδᾶς = στ. χλιδανήν* (v. 1496) et *τολμης πρόσωπον = τολμηρὸν πρ.* (O. R. 532) — Cf. Matth. gr. gr. II § 316; Kühn. § 402, c. Potest tamen etiam genetivus causae accipi, ut *λόχ. μίασματος* sit quod nostrum „die für die Mutter eine Geburt der Sünde sind“, *παιδες τῇ μητρὶ ἐκ μίασματος γενόμενοι*. Matth. II. 375; Kühn. 414, 4.

Verba *οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμοι* nunc non tetigerim. Sana, si sententiam respicias, laborare tamen videntur a metro, dactylo posito pro spondeo (*οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμοι = χαλκῷ κοσμήσας*). Quam libertatem etsi scio esse qui probent, nihilo minus equidem suspectam habeo. Illud tamen fortasse dubium, uter versus emendandus videatur esse, antistrophicus an strophicus. Si ille, scribendum esse putaverim littera μ dempta: *οὐδὲ οἱ μῆν - οἵμοι - παιδες, ματρὶ* e. q. s. Optimum ita metrum, optima etiam μῆν particula et οἵμοι interiectio ad significandum chori de sententia communi ad reges suos transeuntis vehementiorem animi motum. Velut oppressus dolore in medio nomine haesitat, interiectione illum profundens, antequam nomen pronuntiet. Minus timide proferrem hanc conjecturam, si nossem alia interiectionis intercalatae inter articulum et nomen exempla. Quin intercalari possit, minime dubito, cum tot alia interponi soleant quae non magis quam interiectio attributi vice fungantur, verum ut hic οἵμοι, sententiam vel interrumpant. Quo in genere imprimis οἵμαι verbum est; cf. *η δέ γε οἵμαι φύσις αὐτῇ ἀποφαίνει* Plat. Gorg. 483 d; *οἱ γὰρ οἵμαι βέλτιστοι* Dem. 54, 38; alia Cf. etiam *τὸν ηδη Λαῖον παῖδες νεκρὸν* O. R. 1245 et *καὶ τὸν μὲν ηστο πλειστον ἀφθογγος χερόν*. Ai. 311; alia id genus plurima.

Et haec quidem de singulis et verbis et versibus. Nunc, quo qualia sint melius cognoscatur, uno omnia conspectu comprehendemus.

799 *ἀντίπαλον κατὰ λάίνα τείχεα*

*χαλκῷ κοσμήσας.*

*η δεινά τις Ἐρις θεός, ἀ τάδε*  
*μήσατο πήματα γᾶς βασιλεῦσιν,*  
*Λαβδακίδαις πολυμόχθοις.*

817 *οὐ γὰρ ὁ μὴ καλὸν οὔποτ' ἔφν καλόν,*

*οὐδὲ οἱ μὴ νόμιμοι (οὐδὲ οἱ μῆν οἵμοι)*

*παιδες, ματρὶ λόχεντα μίασματος,*  
*οὐδὲ σύναιμον ὃς εἰς λέχος ηλθεν,*  
*πατροφόνος πολυνπενθής.*

<sup>1)</sup> *Κατὰ κοινοῦ τὸν οὐ καλόν, schol.*

Omnia in his plana esse vides restitutumque et metrorum et sententiarum ordinem remediis adhibitis quam simplicissimis. Nam velut sua sponte, ubi semel clausulam deesse animadvertis, e singulis singula consecuta sunt. At quantae turbae coortae sunt ceteris omnibus, qui his versibus operam navaverunt, nulla alia causa, quam quod ex ultimo qui tradebatur versu ut ex vera clausula profecti, retro inde eentes aut resecando aut interpolando consensum metrorum appetebant. Ut vero metrorum, ita etiam orationis ut ita dicam consensus nunc perfectus est. Notum est triplex solere esse in canticis aequabilitatis genus et metrorum numerorumque et corporis motuum et ipsius etiam, si fieri possit, orationis, hanc vero ultimam cum in totis sententiis cerni, cum exprimantur in antistropha quae in stropha adumbrata sint, aut varientur sententiae aut corrigantur, tum vero vel in singulis verbis aut forma aut significatione simillimis congruenterque maxime collocatis. Quod etiam in hoc de quo agitur carmine accidit. In ipso utriusque strophae exordio duos vocativos habemus  $\omega\pi\lambda\nu\mu\omega\chi\theta\omega\zeta$  Αρης et  $\omega\zeta\alpha\delta\epsilon\omega\tau-\nu\alpha\pi\omega\zeta$ , in v. 3 οντι επι et μίπωτε, in v. 6 ἐπιπνεύσας et ἔλθοι, de Sphingis adventu hoc, illud dictum de hostium; habemus αἴματι Θήβας et πένθεα γαῖας in v. 7, κῆμον ἀνανλότατον et ἀμονσοτάτασι σὲν ὠδαις in v. 8, ἀρμασι et τείχεσι in 10; utrobique praeterea de impetu atque motu agitur. Sequuntur in v. 12 ἵππειαισι θοάζεις et Καδμείοις ἐπιπέμπει, duo dativi et duo verba motum indicantia, in v. 13 γέρρας et παιδῶν, in extremis denique, si fides est conjecturae nostrae, Λαβδανίδαις πολκυμόχθοις et πατροφόνος πολυπενθῆς sive Λαϊαδᾶς πατροφόντας. — Iam si sententiam respicias, cum in stropha in Discordiam culpa translata sit, vulgari intuendi res ratione, qua non videntur nisi quae ante pedes sunt, in anti-stropha accuratius ut ita dicam, agitur. In ipsas res penetratur; quaeritur et detegitur vera fati funesti origo. Non enim Discordia in culpa fuit, fuit potius μίασμα illud, quod tunc in filios erupit, contractum vero fuerat olim a patre patricida. Neque igitur in Iocastae mentionem desinere potest sententia, sicut est in libris, neque in filiorum, sicut voluerunt alii, sed in ipsis potius Oedipidis, ut fit ea quam addidimus clausula. Ita demum ab iis qui audiunt aut legunt simul cum ultimis verbis ultima quoque causa malorum tenebitur.

Huiuscemodi certe rationibus longe abest ut defendi posse putem conjecturam quae sit mala. Sed si per se sit probabilis, etiam illinc ei probabilitatis aliquantum accrescere par est verisimiliusque fieri arbitror complementum, quod lacunam explens aliunde cognitam simul aequabilitatem a primis statim versibus inchoatam atque per totum carmen, ut vidimus, continuatam in ultimis versibus bene significanterque absolvit.

---

Sero vidi etiam R. Schenk in progr. Neu-Rupp. a. 1879 στραῖμον in στραῖμον δὲ disiunxisse. Sed sicut ceteri in iis quae proponit: ματρὶ λόχεια, μίασμα πατρός, σὲν | αἷμον δὲ εἰς λέχος ἥλσεν ab ultimis librorum verbis ut a vera clausula proficiscitur, unde fit, ut ipse quoque vitium in verba proxima οὐδ' οἱ μῷ νόμῳ παιδεῖς reiciat, quae verba adeo corrupta atque lacunosa esse censem, ut „nunquam certam medelam admissura sint“. Quod si ita esset, intercidisse putandum esset quae et turbata metra exaequarent et verba ματρὶ λόχεια, μίασμα πατρός, quae nunc quidem, ut vidimus, ferenda non sunt, tolerabiliora redderent. Sed eo vel maxime Schenckii conjectura cadet, quod Hermanni fortasse, cuius conjecturam supra attuli, auctoritatem secutus sane quam gravem in medium periodum dactylicam neglecta

continuatione metri trochaeum intulit. Ut cunque periodos huius carminis distinguas, illud manifestum est verba ματρὶ λόχειμα, μίσμα πατρός, σύν(αιμον) non totum ipsa versum efficere, sed partem versus esse, membrum sive κῶλον, cuius aliam esse constat in ultimo pede normali atque totius periodi. Quare etsi huic facile concedimus et hiatum et syllabam anticipitem, ab illo tamen eiusmodi licentia in media praesertim voce prohibenda est. — Ceterum hac ipsa causa commoti nos supra cum clausulam expleremus, Λαϊάδας πατροφόντας proposuimus, non Οἰδιπόδας πατροφόντας, ne scilicet ἥλσεν trochaei mensuram haberet, si illa a consonante inciperet.

## III.

Desribitur ab nuntio mors Capanei:

- 1187 ἡδη δ' ὑπερβαινοντα γεῦσα τειχέων  
βάλλει κεραυνῷ Ζεὺς τινὲς ἐκτέπησε δὲ  
χθών, ὁστε δεῖσαι πάντας· ἐκ δὲ κλιμακῶν  
1190 εἰσφενδονάτο χωρὶς ἀλληλῶν μέλη,  
κούπαι μὲν εἰς Ὀλυμπον, αὖτα δὲς χθόνα,  
χεῖρες δὲ καὶ κῶλ' αἱς κύκλῳ· Ἰξίονος  
εἰλίσσετ· εἰς γῆν δὲμπνεος πίπτει νεκρος.

i. e. ihn trifft mit dem Blitzstrahl Zeus; die Erde erdröhnte und von der Leiter weg wurden geschleudert gesondert von einander die Glieder, die Haare zum Olymp, das Blut aber auf die Erde. Arme und Beine wirbelten wie das Rad des Ixion, und verbrannt fiel zur Erde der Leichnam.

Pudet paene novum aliquid dicere velle videri de his versibus, ne quasi qui ligna ferat in silvam, opus inutile videamus agere. Nam dictum de iis est, quidquid dici videtur potuisse, licet, si verum quaeras, ne hilum quidem profectum sit.

Quicunque autem de hoc loco egerunt, eos in duas partes diversissimas discedere videmus: aut acerbius versus 1190 sq. explodunt, aut coniventes patienter tolerant. Condemnant illi<sup>1)</sup>, quia inepti sint versus, laudant hi<sup>2)</sup>) propter sermonis quandam sententiarum-

1) Nauckius scite et acute ut solet: „In der That streitet es gegen alle Vernunft zu sagen, dass die Haare des vom Blitz Getroffenen in die Luft und gar in den Olymp gehén, das Blut aber zur Erde fällt. Man sollte glauben, Kapaneus wäre durch den Blitz einerseits skalpiert, anderseits erstochen worden, und doch würde immer die Gegenüberstellung des Blutes und der Haare absurd sein. Die Worte εἰσφενδονάτο χωρὶς ἀλληλῶν μέλη sind indes ebenfalls unpassend; denn wenn Euripides so schrieb, so konnte er hinterher nicht sagen εἰς γῆν δὲμπνεος πίπτει νεκρος. Oder sollen etwa die auseinander gerissenen Glieder, die nach verschiedenen Seiten hin fliegen, sich nach einigen Irrfahrten wieder so verbinden, dass dennoch unten ein toter Mensch ankommt?“ — Cf. etiam quae G. Hermannus ad hos vv. annotat: „ligna saxa atque alia rigida

que convenientiam. Qui rursus ab ineptiarum stant partibus, aut librariis maledicunt, aut plectunt nescio quem de interpolatorum grege: aut corruptos clamant esse versus aut spurios. Emendandos esse aiunt illi, etsi de emendatione desperant, hi ob id ipsum credo quia desperant, emendare negant opus esse. Ipsas ineptias satis demonstrare originem versuum a poeta alienam. Adversarii rursus etiam stultitiae certos quosdam esse fines statuunt; si inepti sint versus, si absurdii, si insani, ne interpolatori quidem eos imputandos esse, nisi vero, cum fabricaretur versus insanios, etiam ipsum insanivisse putas. Ipsi denique illi, qui de interpolatione accusant, inter se de numero versuum spuriorum differunt. Sunt qui unum v. 1191 expungant κόμαι μὲν εἰς Ὀλυμπον, αἷμα δεῖς χθόνα; alii et haec et quae praecedunt χωρὶς ἀλλῆλων μέλη, lacunam simul indicantes post ἐσφενδονᾶτο; alii tres expellunt versus 1190—1192, ἐσφενδονᾶτο — Ἰξίονος; alii et hos et duo praeterea hemistichia ἐκτέπλησε δὲ χθόν, ὥστε δεῖσαι πάντας, e tota illa rei horrendae descriptione nihil relinquentes nisi hosce versus frigidissimos:

ἡδη δ' ἔπειρβαίνοντα γείσα τειχέων  
βαλλει κεραυνῷ Ζεύς τιν, ἐκ δὲ κλιμάκων  
εἰλισσετ' — εἰς γῆν δεῦτυρος πίπτει νεκρός.

Nos a qua parte stemus facile appetat. Interpolatos versus non credimus esse, at corruptos et labes, quam incuria librariorum traxerunt, foede deformatos. Quae quoniam sublata nondum est, nobis quoque licere putavimus temptare fortunam. Ausi non essemus nisi prospere, ut videbatur, olim facto initio, spes et animus crevissent. Nam diu est, cum in verbis κόμαι μὲν εἰς Ὀλυμπον Ovidii memor met. II 319, quem commodum legeram: at Phaethon rutilos flamma populante capillos, memor quoque Medeae v. 1182 πῦρ δ', ἐπεὶ κόμην ἔσεισε, μᾶλλον δις τόσος τ' ἐλαύπτετο, in verbis illis detexisse mihi visus sum haec: κόμαι μὲν ὡς ἑλαυπτον. Idem hic atque illic dicere voluisse existimabam poetam igni correptos crines effulgere coepisse. Quo vero, quaerebam, modo, attributum aliquod desiderans. Sua id sponte aderat, αἷμαδεις, dictum illud sive de colore, sicut antea Sophocles αἷματόνει μέσος dixerat (Ant. v. 527) et post Leonidas Tar. φιλλα τε πεπταμένων αἷματόνεντα ρόδων (Iac. del. epigr. I. 69), sive quod revera cruore capilli maculati erant, sicut Glaucae ardantis coma, de qua haec poeta in Med. v. 1187: αἷμα δ' εξ ἄκρου ἔσταζε κρατός συμπεφυρμένον πτερί.

sic fulmine disici nemo nescit: hominem vero ad istum modum vi fulminis dissipatum incensumque cum finxit Euripides, κεραυνοῦ κρείσσον τὸν ρῆγκεν βέλος.<sup>2)</sup>

<sup>2)</sup> Velut Fecht progr. Freiburg i. B. 1884, qui omnia ad nuntii ut hominis de plebe sermonem refert. „Nun zeigt aber die tägliche Erfahrung, wie das Volk bei Erzählung ungewöhnlicher Ereignisse dieselben mit phantastischen Zügen und Übertreibungen ausstattet. Und so lässt auch hier mit feiner, auf scharfer Beobachtung beruhender Charakterzeichnung unser Dichter den Boten schildern, wie die Glieder des Kap. in der Luft umhergewirbelt werden, wie die Haare gegen Himmel stieben, wie vom herabströmenden Blute sich die Erde rötet und wie dann der Rumpf auf den Boden sinkt.“ — Sed speciosius Fechtius vertit quam verius. Vix e verbis eius colligas et capillos et sanguinem membrorum numero haberi, non ad nubes abire capillos sed in Olympum, non defluere sanguinem et rubefacere solum, sed iactari eum ad terram ut rem solidam aut quasi saltem liquorem qui vase excutiatur; non truncum denique in terram cadere, sed totum corpus (νεκρός), postquam, ut festive ait Nauckius, membra variis erroribus exactis in unum rursus convenerunt. — „Alles Züge, pergit Fechtius, an deren Wahrheit der Dichter natürlich selbst nicht glaubt, von denen er auch nicht verlangt, dass sie die Zuhörer als wirkliche glauben sollen, welche vielmehr der Bote im Eifer des Erzählens sich einredet gesehen zu haben“. — Nos ne hoc quidem ut credamus poetam credimus postulare posse.

Iam vero haec verba: *κόμαι μὲν ὡς ἐλαυπτον αἰμάδεις* —<sup>1)</sup> vel propter μέν et δέ particulas arte mihi cohaerere persuasum erat cum versu proximo: *χεῖρες δέ καὶ κῶλ' ὡς κτύλωμ' Ιξίονος εὐλίσσετ'*, ambos autem versus subiunctos esse rebar verbo alicui videndi cognoscendive, quo ὡς coniunctio regeretur, idque verbum latere existimabam in iis quae sunt χωρίς ἀλλήλων μέλη, verbis item corruptissimis et nullo modo explicabilibus. Neque diutius quaerentem verbum illud fefellit. In *χωρίστος* recognovi *γνώριστος* sive *ἐγνώριστος* i. e. „cognovisti“ et sicut in v. 142 se cognovisse aiebat paedagogus cum vidisset (*σῆμει* ιδὼν τότε σπιθάων *ἐγνώριστος*), sic hoc quidem loco nuntius dicere videbatur se cognovisse rem, at, quia fulminis celeritate agebatur, vix videntem, h. e.

*εἰς δέ κλιμάκων*

1190 *ἐπερθονάτ'* *ἐγνώριστ'*, ἀλλ' ιδὼν μολις,  
*κόμαι μὲν ὡς ἐλαυπτον αἰμάδεις* — —,  
*χεῖρες δέ καὶ κῶλ' ὡς κτύλωμ' Ιξίονος*  
*εὐλίσσετ'*. εἰς γῆν δέμπτηρος πίπτει νεκρός

Von der Leiter herab ward er geschleudert. Ich erkannte, doch kaum es sehend, wie die Haare flammten in blutrotem Schein, wie Arm' und Beine wie des Ixion Rad umwirbelten und verbrannt der Leichnam zur Erde fiel.

En origo et „genesis“, ut aiunt, conjecturae nostrae, late quidem patentis — in duos enim versus pertinet et plus uno verbo tangit — sed quae sententiae satisfaciat et non solum ingenio poetae vim non afferat, verum eius arte vere digna esse videatur. Expressa iam et absoluta ruentis Capanei imago est, ut ipse praesens cernere videaris, ut micuerit fulmen, ut inflammaverit crines, ut ipse retro ceciderit cadentisque manus et pedes sicut Ixionis rotae infixi circumvoluti sint. Num hoc contra naturam sit inflammari capillos fulmine nescio; a poeta certe non abhorret. Testis est ille quem supra attuli Ovidii versus: At Phaethon rutilos flamma populante capillos. Rotatio autem membrorum ut inepta erat antea, ita nunc ad descriptionem optima est et ad veritatem accommodatissima, quia nunc una cum ipso corpore membra in orbem torquentur. Inepta erat res, quoad secundum ea quae tradabantur quadripertita membra abrupta vi fulminis a trunco huc illuc per aera errabant et capilli et sanguis — nam et haec membra erant — et manus et pedes, lapidum instar missilium, ut mirifice interpretatur Kinkel in ed. Phoen. a. 1871: „Das Sich-Loslösen und Davonfliegen der Glieder ging so schnell vor sich, dass man Schleudersteine zu sehen meinte.“ Haec certe si quidquam aliud absurdum fuerunt atque non ferenda.

Sed audire videor qui audaciam in coniectando reprobrent, qui hariolari nos dicant et missa terra solida captare nubes. Dicam equidem quod sentio. Quod in uno saepe vocabulo accedit, ut neglegenter scriptum incuria librarii aut evanescens iniuria temporum in transcribendo depravaretur, id etiam in compluribus verbis continuis, ut alibi, ita hic quoque evenisse existimo. Nec tamen omnia simul depravata esse putandum est. Initium erroris factum est hinc illincve. Tum secuta sunt cetera aut sua quasi sponte, aut consulto mutata, quia iam mutanda videbantur. Quid facilius fuit quam *γνώριστος αλλιδῶν* abire in *χωρίστος αλλήλων*? Abierunt, et quia iam sententia flagitare videbatur, traxerunt etiam μέλη (pro μολις), adiuvante sine dubio et sonorum et litterarum similitudine. Facile etiam εἰς ὀλυμπον et αἴμα δ'εις scripta sunt pro iis quae erant ὡς ἐλαυπτον et αἰμάδεις, per errorem fortasse utrumque, fortasse etiam alterum utrum de industria. Consilio certe ac ratione depravatione illa facta

<sup>1)</sup> De *χείρα* librorum mox dicam.

inlatum esse puto *χθόνα* illud quod post *αιμα δ'* εἰς legitur, pro quo dubito quid reponendum esse censem, quamquam quid dici potuerit facile appareat. Proposuerim ego vel *όραν* vel *θέαν*, quod cum *αιμάδεις* iunctum significet „blutrot anzusehn“. Comparari possunt et Iph. Aul. v. 1585 *ἔλαφος ἐπειτ' ἐπὶ χθονί Ιδεῖν μεγίστη διαπρέπης τε τὴν θέαν*, et innumeri illi alii versus, ubi sicut in illo ipso Iphigeniae *ἰδεῖν* vel *όραν* per abundantiam quandam additur. (Cf. Phoen. 146 *όμηροι γοργός εἰσιδεῖν*; Antig. 206 *αικισθέντ' ιδεῖν*; Iph. A. 270 *σῆμα ταυρόποννος οράν*; *όραν στυγερός ην*, alia).

Asyndeton . . . *ἐσφερδονάτ· ἐγγάριος* . . . facile defenditur. Particula δέ posita est, ubi cunque actio continuatur, post *ἡδη*, post *ἐκτυπησε*, post *ἐκ*. Ubi absoluta est verbo *ἐσφερδονάτο*, horror spectaculi efficit, ut nuntius quasi respiret, antequam perget ad singula. Cf. Kühn. Gr. § 546, 3.

Utrum *γνώμοις* scribatur, an *ἐγγάριος* elisa verbi *ἐσφερδονάτο* ultima vocali, parvi refert. Deest augmentum etiam in Bacch. v. 1134 *η δ' ιχνος αἴταις ἀρβελαις γνωνόντο δέ*, de qua re vide Matth. Gr. gr. I § 160, 2 et Kühn. I § 199, 5.

---

Candidus en ego e praecepto poetae impertivi quae habui. Tu vero „si quid novisti  
rectius istis“ de loco involuto nocte et tenebris, ubi labi et errare facillimum, errantem velim  
corrigas, errorem ipsum cum bona venia condones.



